

16 *Essentia S. Scripturæ est ejus valor & vigor sive authoritas, quâ partim canonica, partim perfecta est.*

17 *Canonica scripturæ authoritas dicitur respectu vel ipsiusmet scripturæ in & per se, vel nostrum.*

18 *Prior respectus duo definit, tum qui libri, tum in qua lingua sint authentici.*

19 *Libri à Deo inspirati, a à prophetis & Apostolis conscripti, b & ecclesiæ hoc sine, ut sint & credendorum & faciendorum canon c præscripti, omnes & soli sunt authentici, reliqui omnes apocryphi.*

*a Es. 52. v. 6. & 7. 2. Timoth. 3. v. 16. 1. Pet. 1. v. 21. b 2. Pet. 3. v. 2. c Act. 24. v. 14.*

20 *Et quidem non in quibusvis linguis, sed iis tantum, in quibus per prophetas & Apostolos, ut notarios & legatos Dei, sunt proditi: unde sequitur, non posse alium textum quàm Hebræum in veteri & Græcum in N. T. authenticum haberi. Sub Hebræo a. textu comprehenditur etiam Chaldaicus in Esdra & Daniele.*

21 *Alter respectus determinat, quo pacto scriptura quæ in se certa & authentica est, nobis certa & authentica esse possit: Quod fit partim argumentis, scripturæ vel adherentibus, ut antiquitate, in victo veritatis robore, piorum alioqui etiam dissidentium*

*tium*